



# LJUBLJANSKI ŠKOFIJSKI LIST. Laibacher Dioecesanblatt.



Vsebina: 31. Litterae apost. de privilegiis Americae latinae. — 32. Decretum s. Cong. Ind. de erectione et aggregatione confraternitatum. — 33. Interpretatio authentica Decreti Aucto- quoad missas de Requie. — 34. Voraussetzungen für die persönliche Befreiung vom Gebürenäquivalente; Aequivalentpflichtigkeit des Einkommens aus Naturabgaben der Pfarrlinge. — 35. Ministr. Erlaß in Betreff der Mittheilung von Legitimationen minderjähriger unehelicher Kinder an die vormundschaftlichen Gerichte. — 36. Sammlung für Untertrain. — 37. Ausweise für den Scheismatismus pro 1898. — 38. Ausschreibung der Schlafer'schen Schullehrer-Witwenstiftung. — 39. Konkurzni razpis. — 40. Škofjska kronika.



31.

Sanctissimi Domini Nostri Leonis divina providentia Papae XIII. Litterae Apostolicae de privilegiis Americae Latinae.

LEO PP. XIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

Trans Oceanum Atlanticum ad alteram orbis partem divinae providentiae benigna dispositione per Christophorum Columbum aperto itinere, Ecclesia Dei multa ibi mortalium millia reperit, quos, ut suum munus atque opus erat, a latebris et fero cultu ad humanitatem et mansuetudinem traduceret, ab errore et superstitione ad communione bonorum omnium, quae per Iesum Christum parta sunt, ab interitu ad vitam revocaret. Quod quidem salutare munus, ipso vivente adhuc repperitore Columbo, ab Alexandro VI. Pontifice Maximo decessore Nostro inchoatum perpetuo caritatis tenore ita Ecclesia insistere perrexit, pergit, ut temporibus nostris ad extremam usque Patagoniam sacras suas expeditiones auspicio protulerit. Campus enim spatio interminatus, cessatione ipsa atque otio ferax, si diligenter subigatur et colatur, fructus edit laetos atque uberes, cultorumque laboribus atque industriae optime respondet.

Quamobrem Romani Pontifices decessores Nostri nullo non tempore destiterunt ad Americae

culturam novos operarios summittere, quos ut acerius elaborarent praestantioresque ab opere suo fructus demeterent, singularibus facultatibus et privilegiis auxerunt, atque extraordinaria auctoritate et potestate corroborarunt. Quibus freti Missionarii, lumine religionis catholicae per Americae regiones longe lateque diffuso, brevi interiecto annorum spatio, in iis praesertim locis ubi novi incolae ab Europa commigrantes, nominatim Hispani, domicilium sibi sedemque stabilem collocauerant, templa excitarunt, monasteria condiderunt, dioeceses ex potestate Summorum Pontificum constituerunt. Ex quo factum est ut Americae magna pars ab avita religione novorum incolarum et ab origine eorum linguae haberi et dici possit America Latina.

At illud proprium est humanarum institutionum et legum, ut nihil sit in eis tam sanctum et salutare quod vel consuetudo non demutet, vel tempora non invertant, vel mores non corrumpant. Sic in Ecclesia Dei, in qua cum absoluta immu-

tabilitate doctrinae varietas disciplinae coniungitur, non raro evenit, ut quae olim apta erant atque idonea, ea labens aetas faciat vel inepta, vel inutilia, vel etiam contraria.

Quare antiquis privilegiis temporis decursu vel ex parte abrogatis, vel alias ut plurimum insufficientibus, singulari Maximorum Pontificum largitione, aliae adiectae sunt facultates sub determinatis formulis, vel singulis Americae Latinae Episcopis deinceps delegari solitae, vel pro extraordinariis quibusdam casibus et determinatis regionibus concessae, quarum series si antiqua privilegia numero et extensione superat, difficultates tamen quae sunt circa naturam, vigorem et numerum eorumdem e medio non tollit. Ad haec amovenda incommoda decessor Noster sanctae memoriae Pius IX datis ad id similibus litteris die 1 octobris anni MDCCCLXVII plura ex antiquis privilegiis pro Republica Aequatoris ad triginta annorum spatum confirmavit, seu quatenus opus fuerat denuo concessit.

Quum vero ex monumentis ecclesiasticis Americam Latinam respicientibus, quae magna peritorum diligentia collecta atque investigata sunt, probe constet multa ex privilegiis Indiae Occidentali concessis partim haud vigere, partim in dubium esse revocanda; Nos qui Americanas gentes egregie de Ecclesia Romana meritas singulari amore prosequimur, ad tollendas in re tanti momenti perplexitates et angustias animi, quae Episcopos illarum dioecesum aliosque, quorum interest, non raro exagitant, totum dictorum privilegiorum negotium deferri iussimus speciali Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium; qui post maturam deliberationem novorum privilegiorum catalogum, exclusis catalogis, summiis et recensionibus in conciliis provincialibus vel aliter editis, confidendum censuerunt, confectumque Apostolica auctoritate probandum.

Nos igitur re mature perpensa, pro ea, quam gerimus, de omnibus Ecclesiis sollicitudine, eorumdem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, ne Clerus et populus illarum regionum anteactorum privilegiorum memoria et usu penitus privati maneant, sententiam tenuimus et quae

infra recensentur privilegia pro omnibus Americae Latinae singulisque dioecesis et ditionibus de Apostolicae potestatis plenitudine ad proximum triginta annorum spatum hisce ipsis litteris concedimus. Quare, quod bonum, felix, faustumque sit et universae Americae Latinae Ecclesiae benevolentia, mandamus, edicimus:

I. Ut electi Episcopi in Americae Latinae ditionibus commorantes postquam promotionis litteras Apostolicas acceperint, nisi aliter in praefatis litteris praescriptum sit, a quocumque maluerint catholico Antistite, gratiam et communionem Apostolicae Sedis habente, accitis et assistantibus, si alii Episcopi assistentes absque gravi incommodo reperiri nequeant, duobus vel tribus presbyteris in ecclesiastica dignitate constitutis, vel Cathedralis Ecclesiae Canonicis, consecrationis munus accipere valeant.

II. Ut Concilii Provincialis celebratio ad duodecim annos differri possit, reservato Metropolitae iure illud frequentius, prout necessitas postulaverit, celebrandi, nisi aliter per Sedem Apostolicam postea ordinatum fuerit.

III. Ut Episcopi Sacrum Chrisma, quod ex indicio etiam, vero tamen balsami liquore fieri potest, et Olea Sacra confidere possint iis sacerdotibus adstantibus, qui adstare potuerint, et urgente necessitate, extra diem Coenae Domini.

IV. Ut adhiberi possint Saera Olea etiam antiqua, non tamen ultra quatuor annos, dummodo corrupta ne sint, et peracta omni diligentia, nova vel recentioria Sacra Olea haberi nequeant.

V. Ut pro omnibus et solis regionibus seu locis, in quibus magnae distantiae causa vel ob aliud grave impedimentum perdifficile sit Parochis vel Missionariis ad Baptismum conferendum aquam Sabbato Sancto et Pentecoste benedictam ex fontibus baptismalibus, ubi asservatur, desumere et secum circumferre, Ordinarii, nomine Sanctae huius Sedis, concedere possint Parochis et Missionariis supra dictis facultatem benedicendi aquam baptismalem ea breviori formula, qua Missionarios in Peruvia apud Indos Summus Pontifex Paulus III uti concessit, quaeque in appendice ad Rituale Romanum legitur.

VI. Ut si propter defectum temporis, improbamque defatigationem, aliisque gravibus de causis perdifficile sit omnes adhibere caeremonias pro Baptismo adulorum praescriptas, Parochi et Missionarii, de praevio Ordinarii consensu, uti possint solis ritibus, qui in Constitutione Pauli III „Altitudo“ diei 1 Junii MDXXXVII designantur. Insuper ut in iisdem rerum adiunetis Ordinarii nomine Sanctae Sedis concedere valeant Parochis et Missionariis usum ordinis Baptismi parvolorum, onerata in usu huiusmodi facultatis eorumdem Ordinariorum conscientia super existentia gravis necessitatis.

VII. Ut in omnibus et singulis ditionibus Americae Latinae nulla excepta, omnes sacerdotes tam saeculares quam regulares, quamdiu in praefatis ditionibus moram duxerint, et non alias, singulis annis die secunda Novembris, seu die sequenti, iuxta rubricas Missalis Romani, quampe commemoratione omnium fidelium defunctorum ab Ecclesia universalis recolitur, tres Missas singuli celebrare possint et valeant, ita tamen ut unam tantum eleemosynam accipiant, videlicet pro prima Missa dumtaxat, et in ea quantitate tantum, quae a Synodalibus Constitutionibus seu a loci consuetudine regulariter praefinita fuerit; fructum autem medium secundae et tertiae Missae non peculari quidem defuncto, sed in suffragium omnium fidelium defunctorum omnino applicent, ad normam Constitutionis Benedicti XIV Pontificis Maximi „Quod expensis“ diei XXVI Augusti MDCCXLVIII.

VIII. Ut omnes fideles annuae Confessionis et Communionis praecepto satisfacere possint a dominica Septuagesimae usque ad octavam diem sollemnitatis Corporis Christi inclusive.

IX. Ut omnes fideles lucrari possint indulgentias et iubilaea, quae requirunt Confessionem, Communionem et ieunium, dummodo servato ieunio, si loco inhabitent, ubi impossibile prorsus vel difficile admodum sit Confessarii copiam habere, corde saltem contriti sint cum proposito firmo confitendi admissa quam primum poterunt, vel ad minus intra unum mensem.

X. Ut Indi et Nigritae intra tertium et quartum tam consanguinitatis quam affinitatis gradum matrimonia contrahere possint.

XI. Ut Indi et Nigritae quocumque anni tempore nuptiarum benedictionem accipere possint, dummodo iis temporibus, quibus ab Ecclesia prohibentur nuptiae, pompa apparatus non adhibeant.

XII. Ne Indi et Nigritae ieunare teneantur praeterquam in fériis sextis Quadragesimae, in Sabato Sancto, et in pervigilio Natalis D. N. I. C.

XIII. Ut praeterea Indi et Nigritae absque ullo onere, seu solutione eleemosynae uti possint indulto, quod Quadragesimale dicitur, et quo fideles respectivae dioecesis seu regionis ab Apostolica Sede donantur; ideoque carnis, ovis et lacti-ciniis vesci possint omnibus diebus ab Ecclesia vetitis, exceptis quoad carnes diebus in superiori paragrapho XII notatis.

XIV. Ut quandocumque in causis tam criminalibus, quam aliis quibuscumque forum ecclesiasticum concernentibus a sententiis pro tempore latis appellari contigerit, si prima sententia ab Episcopo lata fuerit, ad Metropolitanum; si vero prima sententia lata sit ab ipso Metropolitano, ad Ordinarium vicinorem absque alio Sedis Apostolicae rescripto appelletur: et si secunda sententia primae conformis fuerit, vim rei iudicatae obtineat, et executioni per eum, qui eam tulerit, demandetur, quacumque appellatione non obstante; si vero illae duae sive ab Ordinario et Metropolitano, sive a Metropolitano et Ordinario vicinore latae, conformes non fuerint, tunc ad alterum Metropolitanum vel Episcopum ei, a quo primo fuit lata sententia, vicinorem eiusdem provinciae appelletur, et duas ex ipsis tribus sententias conformes, quas vim rei iudicatae habere volumus, is, qui postremo loco iudicaverit, exequatur, quacumque appellatione non obstante. Cum autem recursus ad Apostolicam Sedem etiam omissio medio, sive ante sive post sententias iudicium inferiorum, semper integer manere debeat, ad normam iuris, in usu huius privilegii omnino servandae erunt sequentes conditiones: 1. Ut in singulis causis salva maneat cuique litiganti facultas ad hanc Apostolicam Sedem etiam post primam sententiam recurrenti; 2. Ut in singulis actibus expressa fiat Apostolicae delegationis mentio; 3. Ut causae maiores sint eidem Apostolicae Sedi reservatae ad normam Sacri Concilii Tridentini;

4. Et quoad causas matrimoniales ea custodiantur, quae in Constitutione Benedicti XIV cuius initium „Dei miseratione“, praestituta sunt.

Abrogatis deletisque Auctoritate Nostra Apostolica omnibus et singulis Indiarum Occidentalium privilegiis quocumque nomine vel forma ab hac Sancta Sede prius concessis.

Contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris die solemnii Paschae XVIII Aprilis MDCOCLXXXVII. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo.

**A. Card. Macchi.**

32.

### Ex S. Congreg. Indulgentiarum.

#### De erectione et aggregatione confraternitatum.

Procurator Generalis Ordinis Praedicatorum sequentia dubia huic S. Congregationi Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae humiliter dirimenda proposuit:

I. An conditio Clementinae Constitutionis „Quaecumque“, de consensu Ordinarii loci et de litteris testimonialibus, servanda in erectionibus et aggregationibus Confraternitatum, accipienda sit ita, ut duo requirantur actus distincti, consensus nempe et litterae testimoniales: vel potius sufficit consensus implicite expressus in litteris testimonialibus?

II. An Summarium Indulgentiarum quod una cum diplomate datur in erectione et aggregatione Confraternitatum, iam recognitum et approbatum a S. Congregatione Indulg., nova etiam indigeat recognitione Ordinarii loci?

III. An distincta Communitas, quam Decretum S. C. Indulg. in una Laudensi die 31. Januarii 1893 pro erectione Confraternitatum ejusdem nominis et instituti requirit, constituatur etiam a quolibet ejusdem municipii oppido situ et nomine ab aliis disjuncto adeo ut in uno eodemque municipio plures ejusdem nominis et instituti Confraternitates erigi possint?

IV. An in magnis Civitatibus, quae unam tantum constituant Communitatem, plures nihilo minus erigi possint ejusdem nominis et instituti Confraternitates?

V. An erectio Confraternitatum SSmi Rosarii facta per litteras Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum facultativas executioni mandatas a Sacerdote sive regulari sive saeculari ab eodem

Magistro Generali deputato, valida sit, si Ordinarius consensum quidem suum ante executionem exprimat, nullas vero litteras testimoniales concedat?

VI. An ipsae litterae facultativae validae sint, si subscriptione et sigillo ejusdem Magistri Generalis munitae, aut certum Sacerdotem ad executionem non deputent, aut locum Confraternitatis erigendae non exprimant?

Deinde sequentia postulata exhibuit:

I. a) Quoad praeteritum: Ut omnes SSmi Rosarii Confraternitates, quae sive in propriis Ordinis, sive in aliis Orbis Ecclesiis erectae inveniuntur irregularitate vel vitio nullitatis affectae ob quemcumque loci distantiae, litterarum testimonialium, diplomatum concessionis, sive alterius cuiuscumque generis defectum, in radice sanentur, et, quatenus opus sit, immediate Apostolica Auctoritate de novo erigantur, firmis remanentibus privilegiis a Romanis Pontificibus Ordini Praedicatorum elargitis.

b) Quoad futurum: Ad majus incrementum Sodalitatum SSmi Rosarii postulat facultatem pro Magistro Generali Ordinis Praedicatorum ejusque Vicario, ut penes Provinciales et Episcopos, etiam in Europa, non tamen in Italia, possit eo modo, quo de consensu a S. Sede habito agere solent aliorum Ordinum Superiores, et ipse agit extra Europam, diplomata in deposito habere, servatis tamen iisdem ordinationibus et conditionibus ab ipsis Romanis Pontificibus datis.

II. Ut in magnis Civitatibus, ubi habitantium numerus centum excedit millia, tres, vel quatuor etiam Confraternitates SSmi Rosarii de speciali Sanctae Sedis mandato erigi possint et valeant.

III. Ut duo postrema postulata extendantur etiam ad alias duas Confraternitates SSmi Nominis Dei, nec non Militiae Angelicae S. Thomae Aquinatis.

Et Eminentissimi ac Reverendissimi Patres Cardinales in generalibus Comitiis ad Vaticanas Aedes habitis die 5 Martii 1896 rescriperunt:

Ad Dubium I. Sufficere Ordinarii litteras, quibus consensum in erectionem vel aggregationem Confraternitatum significet, et instituti pietatem ac religionem commendet.

Ad Dubium II. Negative.

Ad III. Affirmative, dummodo in unoquoque oppido habeatur etiam propria paroecia.

Ad IV. Negative, sed supplicandum SSmo ut, derogando in hac parte Constitutioni s. m. Clementis VIII. quae incipit „Quaecumque“, Ordinariis benigne tribuere dignetur facultatem providendi pro eorum arbitrio et prudentia in singulis casibus, servata tamen in hujusmodi erectionibus convenienti, eorum judicio, distantia.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative.

Ad postulata vero.

Quoad I. a) Affirmative.

b) Non expedire.

Quoad II. Jam satis provisum in responsione ad dubium IV.

Quoad III. Jam provisum in responsione ad duo postulata priora.

Factaque de iis omnibus SSmo Domino Nostro Leoni PP. XIII. relatione, in Audientia habita die 20 Maji 1896 ab infrascripto Cardinali S. C. Praefecto, Sanctitas Sua resolutiones Emorum Patrum ratas habuit et confirmavit, simulque, derogando Constitutioni Clementis VIII. facultatem in IV. dubio postulatam benigne Ordinariis concedere dignata est.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 20 Maji 1896.

L. † S. A. Card. **Steinhuber**, Praef.

† A. Archiep. **Nicopolitanus**, Secret.

### 33.

## Ex s. Congregatione Rituum.

Interpretatio authentica Decreti »Aucto« quoad Missas de Requie.

I. Privilegium circa Missas lectas de Requie ex praefato Decreto concessum sacellis sepulcreti, favetne sive Ecclesiae vel Oratorio publico ac principali ipsius sepulcreti; sive aliis Ecclesiis vel Capellis, extra coemeterium, subter quas ad legitimam distantiam alicuius defuncti cadaver quiescit?

II. Missae privatae de Requie, quae sub expressis conditionibus celebrari possunt, praesente cadavere, licitaene erunt in quibuslibet Ecclesiis vel Oratoriis sive publicis sive privatis?

III. Huiusmodi Missae privatae de Requie celebrarne poterunt sine applicatione pro Defuncto, cuius cadaver est vel censetur praesens?

IV. Eaedem pariter Missae possuntne celebrari diebus non duplicitibus, qui tamen festa duplia I. classis excludunt, uti ex. gr. feria IV. Cinerum?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, respondendum censuit:

Ad I. Negative ad utrumque.

Ad II. Affirmative, dummodo cadaver sit physice vel moraliter praesens; sed, si agatur de Ecclesiis et Oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali.

Ad III. e IV. Negative.

Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 12. Ianuarii 1897.

Cai. Card. **Aloisi-Masella S. R. C.** Praef.

L. † S.

**D. Panici S. R. C.** Secret.

34.

# 1. Voraussetzungen für die persönliche Befreiung des Pfändeninhabers vom Gebürenäquivalente. — 2. Zur Frage nach der Aequivalentpflichtigkeit des Einkommens aus Naturalabgaben der Pfarrlinge als eines „Vermögens“ der Pfürde.

Erfenntnis vom 19. Mai 1896, 3. 3034.

Anton Čibic ca. Finanz-Min. (M.-B.-S. Dr. Freih. v. Lempruch); E. vom 12. Juli 1895, 3. 17.428, puneto Gebürenäquivalente für das V. Decennium.

„Die angefochtene Entscheidung wird nach § 6 des Gesetzes vom 22. October 1875, R.-G.-B. Nr. 36 ex 1876, wegen mangelhaften Verfahrens aufgehoben.“

**Entscheidungsgründe.** Der auf § 1 des Gesetzes vom 15. Februar 1877, R.-G.-B. Nr. 98, gestützte Anspruch des Pfarrers von Černica um Befreiung von dem Gebürenäquivalente für das V. Decennium wurde mit der angefochtenen Entscheidung aus dem Grunde abgewiesen, weil das fassionsmäßige Jahreseinkommen der genannten Pfarrpfürde 500 fl. übersteigt. — In der Beschwerde wird dagegen geltend gemacht, dass die für Naturalleistungen mit 285 fl. 82 kr., für Weide-rechte mit 4 fl. und für Stiftungsgebüren mit 187 fl. 61 $\frac{1}{2}$  kr. angerechneten Beträge in die Besteuerungsgrundlage nicht einzubeziehen waren, weil sich dieselben nicht als Erträge eines dem Pfarrbeneficium gehörigen Vermögens, sondern als ein Einkommen darstellen, welches für die Thätigkeit des jeweiligen Pfändeninhabers geleistet wird, und dass bei Ausscheidung der bezeichneten drei Einnahmestosten das Beneficial-einkommen die im § 1 eingangs cit. Gesetzes normirte Grenze nicht erreicht.

Der B.-G.-Hof hatte daher zwei Fragen zu entscheiden, welche auseinandergehalten werden müssen, nämlich die Frage der persönlichen Befreiung des Pfändners im Sinne des Gesetzes vom 15. Februar 1877, R.-G.-B. Nr. 98, und die Frage der Aequivalentpflichtigkeit des in die Bemessungsgrundlage einbezogenen und zu diesem Zwecke capitalisierten Einkommens.

Die erste Frage hat der Gerichtshof deshalb meritorisch erwogen, weil in der angefochtenen Entscheidung auch auf diese Frage eingegangen wurde, ungeachtet der Pfarrbeneficiat bei der ersten Bemessung des Gebürenäquivalentes diesen Titel nicht geltend gemacht hat. Der Gerichtshof hat jedoch in dieser Richtung erkannt, dass dem Beschwerdeführer der Titel der persönlichen Befreiung im Sinne des cit. Gesetzes nicht zur Seite steht, da es für die Anwendung dieses Gesetzes nur darauf ankommt, welches das Einkommen des Pfändners aus dem Beneficium ist und die persönliche Befreiung schon dann nicht in Anspruch genommen werden kann, wenn das wie immer geartete Einkommen den Minimalbetrag von 500 fl. übersteigt. — Im vorliegenden Falle ist nun zweifellos diese Grenze überschritten durch ein Einkommen, welches der Beschwerdeführer aus dem Beneficium bezieht. Denn die hier fraglichen Giebigkeiten gehören zur Pfürde und sind ein Einkommen aus derselben, nicht ein Entgelt für persönliche Leistungen. Sie sind auch in den Ausweis, welcher auf Grund der Fassion des Beschwerdeführers von der Statthalterei

zusammengestellt wurde, als Pfarrdotation, als Pfändeneinkommen aufgenommen und es kann daher nicht in Abrede gestellt werden, dass im vorliegenden Falle das Einkommen der Pfürde 500 fl. übersteigt und kann deshalb die persönliche Befreiung nicht in Anspruch genommen werden.

Davon verschieden ist jedoch die Frage der Aequivalentpflichtigkeit des Einkommens aus diesen Naturalabgaben der Pfarrlinge und darüber hatte der Gerichtshof sich ebenfalls zu verbreiten, da eben mit der heute angefochtenen Nachtragsbemessung entgegen dem Recursbegehren ausgesprochen wurde, dass dieses Einkommen als capitalisierte Rente der Bemessung des Gebürenäquivalentes zu unterziehen sei, während der Beschwerdeführer bestreitet, dass es sich hier um ein äquivalentpflichtiges Vermögen handelt, indem diese Abgaben nicht aus dem Vermögen der Pfarrpfürde fließen. — In dieser Richtung war der Gerichtshof der Rechtsanschauung, dass das Administrativverfahren eine genügende Grundlage zur Entscheidung nicht herzustellen vermag. — Nicht irgend ein Einkommen, welches Demand genießt, genügt für das Zutreffen der Voraussetzungen der Tarifpost 106 B, e, sondern die Aequivalentpflicht besteht nur hinsichtlich eines „Vermögens“.

Die Finanzverwaltung hat nun allerdings angenommen, dass es sich hier um ein Vermögen der Pfürde handelt, deshalb, weil seitens der Statthalterei bezeugt wird, dass diese Abgaben auf einer „jahrelangen Uebung“ beruhen und daher flagbar sind. — Der Gerichtshof war aber der Rechtsanschauung, dass solche Forderungsrechte nur dann dem Vermögen beigezählt werden können und nur dann — capitalisiert — der Bemessung zu Grunde gelegt werden können, wenn dieselben in irgend einer Weise rechtlich fundirt sind, so dass ihr Charakter als Vermögensrechte nicht in Zweifel gezogen werden kann. In dieser Richtung ergab das durchgeführte Administrativverfahren keinen Nachweis, da Verpflichtungsurkunden nicht beigebracht werden konnten und ebenso wenig festgestellt wurde, dass diese Abgabe irgendwo grundbücherlich einverlebt sei, während der Beschwerdeführer sogar den rechtlichen und Zwangsscharakter der Abgabe bestreitet und behauptet, dass es sich um freie Leistungen handelt, die entrichtet werden, aber nicht gefordert werden können. — Der Gerichtshof konnte aber nicht gelten lassen, dass blos auf Grund einer Mittheilung der Statthalterei, es handle sich hier um wirklich nutzbare Rechte, der Vermögenscharakter dieses Einkommens constatirt sei, vielmehr war der Gerichtshof des Erachtens, dass in dieser Richtung das abgeführte Verfahren ein hinlängliches Resultat zur Begründung der angefochtenen Entscheidung bisher nicht geliefert habe.

## 35.

**Ministerial-Erlaß vom 7. Juli 1897, Nr. 38, 648 ex 1895,**  
**in Betreff der Mittheilung von Legitimationen minderjähriger unehelicher Kinder an die vormund-**  
**shaftlichen Gerichte.**

Die k. k. Landesregierung in Laibach hat mit Zuschrift vom 19. Juli 1897, Nr. 10.622, Nachstehendes anher mitgetheilt:

„Das k. k. Ministerium des Innern hat im Einvernehmen mit dem k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht anzuordnen gefunden, dass die in den Geburtsmatriken hinsichtlich minderjähriger unehelicher Kinder vorgenommenen Legitimationsvorschreibungen den vormundshaftlichen Gerichten

mitgetheilt werden. Diese Verständigung hat, wenn die bezügliche Matrikeneintragung von dem Matrikelführer im eigenen Wirkungskreise vorgenommen wurde, unmittelbar durch diesen selbst, in jenen Fällen jedoch, in welchen die Intervention der politischen Behörde eintrat, durch die letztere zu erfolgen.“

Hievon werden die hochw. Herren Matrikelführer hiemit zur Vornachachtung in Kenntnis gesetzt.

## 36.

**Sammlung für Unterkrain.**

Vom Präsidium der k. k. Landesregierung für Krain ist mit Note vom 11. August 1897, Nr. 3987/Pr., dem fürst-bischöflichen Ordinariate nachstehender Aufruf zugekommen:

„Im Laufe der letzten Wochen sind verheerende Hagelschläge über ausgedehnte Landstriche Unterkrains niedergegangen und haben die zu den besten Hoffnungen berechtigende Ernte nahezu ganz vernichtet. Durch diese Hagelschläge erscheinen zunächst betroffen im politischen Bezirke Gottschee die Steugemeinden Brückl, Soderschitz, Suschje, Weinitz und Zapotok in ihrem ganzen Umfange, dann Theile der Ortsgemeinden Dane, Jurjowiz, Reifniz, Strug, Gottschee, Mitterdorf, Lienfeld, Schwarzenbach und Mösel; im politischen Bezirke Tschernembl die Ortsgemeinden Semitsch, Kerschdorf, Drašič, Gradac, Podzemelj, Grüble und Adlešič; im politischen Bezirke Gurkfeld die Ortsgemeinden St. Ruprecht, Nassensuž, St. Cantian, St. Crucis, Dvor, Trebelno und Savenstein.

Der durch diese Hagelschläge verursachte Schaden wird auf mehrere 100.000 fl. geschätzt und ist umso empfindlicher, als in vielen der benannten Steuer- beziehungsweise Ortsgemeinden die ganze Sommerernte zu Grunde ging und auf einen halbwegs entsprechenden Ertrag der erst anzubauenden Herbstfrucht wegen der vorgeschrittenen Jahreszeit und der

ungünstigen climatischen Verhältnisse der betroffenen Landstriche kaum zu rechnen ist.

Noch schlimmer steht es in den Obst- und Weingärten, die von den Hagelschlägen derart beschädigt wurden, dass sie auf Jahre hinaus ertragsunfähig geworden sind.

Die Bevölkerung in diesen Landestheilen befindet sich daher in einer großen Nothlage und steht derselben im Falle des Ausbleibens einer entsprechenden Hilfe der wirtschaftliche Niedergang, theilweise sogar Hungersnoth bevor.

Zur Linderung dieses großen Elendes, welches über die unglücklichen Bewohner der von diesen Elementarereignissen betroffenen Gegenden hereingebrochen ist, finde ich mich bestimmt eine Sammlung milder Beiträge in Bargeld oder Naturalien im ganzen Lande auszuschreiben, überzeugt, dass dieser Appell an den sich bei jeder Gelegenheit bewährenden wohlthätigen Sinn der Bevölkerung Krains nicht wirkungslos bleiben wird.“

Die hochw. Herren Seelsorger werden hiemit angewiesen, auf die Erzielung eines günstigen Resultates dieser im Wege der politischen Bezirksbehörden eingeleiteten Sammlung einzutreten, und die einfließenden Beiträge der k. k. Bezirks-hauptmannschaft des eigenen Bezirkes einzuschicken.

## 37.

**Perijodična poročila in izkazi za leto 1897.**

Velečastiti gospodje duhovni pastirji se vabijo, da vpošljajo najpozneje do 1. decembra t. l. potom dekanjskih uradov knezoškofiskemu uradu za leto 1897 običajna perijodična poročila in izkaze, in sicer:

1. o številu duš v posameznih duhovnjah,
2. o številu potrebnih direktorijev in šematizmov za leto 1898,
3. o številu prebivalstva po veroizpovedanju,

4. o premembah poštnih postaj, h katerim pridajo posamezne duhovnije, isto tako o telegrafičnih postajah,

5. o okrajnih in krajnih šolskih nadzornikih, če so duhovniki,

6. o napakah, ki so se morda vrinile v letošnji škofiski šematizem, in o podatkih, ki bi spopolnili krajevni imenik.

38.

## Razpis Iv. Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove.

Ustanova pokojnega vodje normalke, c. kr. šolskega svetnika in častnega kanonika Iv. Nep. Schlackerja za podporo ene učiteljske vdove se bode za čas od 1. avgusta 1896 do 1. avgusta 1897 zopet podelila.

Častiti župni uradi naj obveste vdove, ki sicer ne vživajo kake ustanove, o razpisu te ustanove z opazko,

naj prosilke svoje prošnje opremijo z verojetnimi svedočbami, da so v resnici ubožne, nesvarljivega življenja in da so njihovi možje najmanj 10 let hvalevredno služili v kronovini Kranjski kot ljudski učitelji.

Prošnje se imajo vložiti do 30. septembra t. l. turadno pri konzistoriju.

39.

## Konkurzni razpis.

Razpisane so sledeče župnije: Zgornji Tuhinj v dekaniji kamniški, Rob v dekaniji ribniški in Sora v dekaniji ljubljanski.

Prošnje so obrniti za župnijo Zgornji Tuhinj na velečastitega časn. kanonika in mestnega župnika gospoda Janeza Oblaka v Kamniku, za župnijo Rob na slavno lastništvo patronskega posestva Auersperg in

za župnijo Sora na visokočastiti knezoškofijski ordinarijat.

Razpisana je tudi proštija cesarske ustanove v Novem Mestu s tamošnjo mestno župnijo vred, za kar so prošnje obrniti na Njega ces. in kr. apostolsko Veličanstvo.

Zadnji rok za vlaganje je 4. oktober 1897.

40.

## Škofijска kronika.

Kanonično vmeščeni so bili čč. gospodje: Mihael Arko na mestno župnijo Idrija, in Frančišek Zakravšek na župnijo Draga, 1. julija; Janez Bartelme na župnijo Unterlag, 6. julija; Janez Kromar na župnijo Šturijs, 15. julija; Janez Dolinar na župnijo Lučine, 27. julija; Leopold Zaletel na župnijo Goriče, 26. julija; Frančišek Avguštin na župnijo Kopanj, 2. avgusta; Alojzij Češarek na župnijo Spitalič, 4. avgusta; Janez Globelnik na župnijo Polšnik, 5. avgusta; Viljem Gasperin na župnijo Stockendorf, 10. avgusta, in Jožef Erker na kanonikat ces. ustanove, 22. avgusta.

Župnije so podeljene sledečim čast. gospodom: Višnja Gora Matiju Kljun, Lozice Rudolfu Gregorič, Planina nad Vipavo Antonu Antončič, Črni Vrh nad Polhovim Gradcem Janezu Čebašek, Studeno Štefanu Rihar in Križe pri Tržiču Frančišku Porenta.

Premeščeni so čč. gospodje kapelani: Janez Gindovec iz Idrije v Vipavo, Jožef Švigelj iz Zagorja v Poljane nad Škofjo Loko, Martin Škrjanec iz Trnovega

v Zagorje, Avguštin Šinkovec iz Stare Loke na Jesenice kot župnijski upravitelj, Janez Juvanec iz Senožeč na Suhorje kot eksposit, Jakob Matjan iz Jesenice v Cerkle pri Kranju, Stanislav Peharec iz Starega Trga v Staro Loko in Jožef Žagar iz Hinj v Dobrepolje.

Kot kapelani so novonameščeni častiti gospodje: Janez Klemen v Leskovcu, Frančišek Oranič v Trnovem pri Bistrici, Valentin Oblak v Senožečah, Anton Golf v Cirknici, Adalbert Hybašek v Zagorji, Anton Jarc v Št. Jerneji, Janez Mlakar v Postojni in Andrej Širaj v Št. Janžu.

Umrli so čč. gospodje: Peter Ogrin, župnik na Suhoru, dné 15. junija; Anton Krašovec, vpokojeni župnik v Metliki, 21. junija; Peter Urh, prošt, dekan in mestni župnik v Novem Mestu, 24. junija; Martin Barlič, vpokojeni beneficijat v Moravčah, 25. junija; Jakob Rus, vpokojeni dekan in župnik v Litiji, dné 27. julija, in Valentin Skul, vpokojeni župnik v Št. Jurji, 18. avgusta 1897.

Priporočajo se v molitev častiti duhovščini.

Knezoškofijski ordinarijat Ljubljanski, dné 22. avgusta 1897.